

6. Mit Rücksicht auf dieses sociale Elend, besonders in den niederen Classen, sowie mit Rücksicht auf eine gedeihliche christliche Erziehung der Jugend reclamirt die Generalversammlung mit aller Entschiedenheit ihre christlichen Ordensgenossenschaften, deren segensreiches Wirken nicht ohne den größten Schaden zu entbehren ist, und für die noch bestehenden fordert sie ein freies, den Glaubensregeln entsprechendes, durch keine Polizeimaßregeln gehindertes Wirken und Entfalten.“

St. Pölten, den 18. September 1881.

Weisung des Hochwürdigsten Herrn Bischofes von Linz in Betreff der „Cibi esuriales“ am Jubiläumsfasttage.

Am 15. v. M. J. 4252 habe ich, schreibt der Hochwürdigste Oberhirt, in Betreff der „Cibi esuriales“, deren Genuß am Jubiläumsfasttage im apostolischen Schreiben vom 12. März d. J. „*Militans Jesu Christi Ecclesia*“ ausschließlich erlaubt wird, das nachfolgende Schreiben an den heil. Vater gerichtet:

Sanctissime Pater!

Ex responsis a S. Poenitentiaria aliquibus Episcopis datis, quae mihi ex ephemeridibus innotuerunt, jam diu collegi, ova et lacticinia non posse vi alicuius privilegii aut indulti accenseri cibis esurialibus, qui soli liciti sint pro jejuniis praesentis Jubilaei; existimabam vero posse vi legitimae consuetudinis; nuperrime autem ex litteris circularibus Episcopi Brunensis didici, Sacram Poenitentiarium etiam consuetudini hanc vim adimere. Si nihilominus rogo, an in Dioecesi Lincensi in isto jejuniis non liceat cibis enuntiatis vesci, id propterea facio, quia singularia quaedam momenta hic istam consuetudinem firmant et sanciunt. Scilicet in Concilio Provinciali Viennensi de anno 1858 (Tit. VI. Cap. IX.) pro scholis elementaribus totius Provinciae Viennensis, ad quam Dioecesis Lincensis pertinet, catechismus Beati Canisii praescribitur. In isto autem catechismo legitur: „Tertium Ecclesiae praeceptum mandat, ut in feriis sextis et Sabbatis a carnibus, reliquis vero diebus jejunii de praecepto etiam a lacticinis et ovis absteineatur, nisi valida et universalis consuetudo, qualis in plerisque partibus Germaniae introducta est, eorum usum permittat.“ Ad istas Germaniae partes Provinciam Viennensem pertinere, plane certum est. Hoc concilium Provinciale a Sede apostolica est approbatum, adeoque indirecte etiam Catechismus B. Canisii, et in hoc etiam ista de cibis esurialibus doctrina est approbata. Haec duo momenta, quod Catechismus Canisianus sit a concilio Provinciali praescriptus, et cum illo universim a Sede apostolica approbatus adeoque etiam Canisiana norma jejunii approbata, unice, quantum scio, Provinciae Viennensi competunt. Propterea existimo, usum lacticiniorum et ovorum in hac Provincia vi consuetudinis licitum esse, utpote consuetudinis a Sede apostolica adprobatae. Attamen humillime meam sententiam Tuo, Sanctissime Pater, iudicio submitto, rogans ut mihi illud significare digneris. Sed non cunctor de-

clarare, me valde optare, ut Sanctitas Tua istam consuetudinem etiam pro jejuniio Jubilaei decernat valere. Nam a. In litteris apostolicis: „Miligans Jesu Christi Ecclesia“ simpliciter sicut in aliis hujusmodi litteris de „cibis esurialibus“ sermo est: unde hoc verbum non aliter, quam hucusque semper, intellectum fuit, adeoque in nostris partibus etiam de lactiniis et ovis, idque eo magis, quia nulla hucusque universalis authentica interpretatio aliam significationem ingessit. b. In hac Dioecesi pisces rari sunt et valde cari, et ruricolis esus illorum ferme ignotus. Similiter usus olei loco adipis et butyri, si fors Carmelitas et Carmelitanas excipiamus, prorsus est ignotus, et in multis locis oleum in necessaria quantitate ne posset quidem haberi. c. Haec nimia molestia et rei novitas offenderet animos piorum fidelium, et certe noceret eorum erga Sedem apostolicam venerationi; simul excitaret in illis anxietatem, an praeterita Jubilaea rite lucrati fuerint. d. Maximi momenti illud est, quod certo certius homines leves et Ecclesiae inimici ex hac ciborum esurialium interpretatione occasionem arriperent Ecclesiam irridendi et conviciis proscindendi, et indubitanter non sine magno effectu; quo facile fieri posset, ut Jubilaum rei catholicae plus detrimenti quam utilitatis afferret. e. Si dicatur, confessarios posse christifidelibus, qui nequeunt sine difficultate cibos esuriales in isto rigido sensu acceptos sibi comparare, indulgere ova et lactinia, quaero, an auctoritate ecclesiastica dignum sit legem statuere, et ejus remissionem pene universalem simul concedere; accedit, quod haec remissio a poenitentibus non petatur, eisque quasi obtrudenda esset; tandem hoc ipsum, quod saltem in thesi vetetur usus lactiniorum et ovorum, levibus illis et Ecclesiae inimicis hominibus daret ansam Ecclesiam dieteriis suis lacerandi. Pleraque causarum, ob quas rigida interpretatio „ciborum esurialium“ mihi pro Dioecesi Lincensi sat periculosa videtur, valent etiam pro aliis dioecibus germanis in Austria. Hinc ex sincero erga Ecclesiam catholicam ejusque centrum, Sedem apostolicam, affectu humillime rogare audeo, ut Sanctitas Tua considerare velit, an non consultum foret optimo, quo fieri potest modo, declarare, Sedem Apostolicam, post acceptam de difficultatibus abstinentiae ab ovis et lactiniis informationem, non obstare, quo minus in iis regionibus, ubi legitima consuetudo usum illorum in stricto quoque jejuniio hucusque concessit, etiam jejunium istius Jubilaei cum usu illorum observetur. Quidquid placuerit Tuae Sanctitati, etiam mihi placebit. In omni autem casu humiliter rogo, ut jejunium Jubilaei, quatenus hucusque more in his partibus consueto jam a multis est observatum, validum declaretur pro lucrando Jubilaio. Restat, ut ad pedes Sanctitatis Tuae prostratus mihi gregique mihi commisso Apostolicam Benedictionem exorem.

Lincii in Austria superiori die 15. Augusti 1881.

Auf dieses Schreiben habe ich vor ein paar Tagen von der S. Poenitentiaria nachstehende Antwort erhalten:

„Sacra Poenitentiaria quoad praeteritum respondet: Ven. in Christo Pater Episcopus Lincien. Orator sileat.

Quoad futurum vero de speciali et expressa Apostolica auctoritate eidem facultatem concedit indulgendi juxta preces per confessarios Christifidelibus qui nequeant sine difficultate cibos esuriales sibi comparare.“

Datum Romae in S. Poenitentiaria die 31. Augusti 1881.

Demnach weise ich die Geistlichkeit an, bei denjenigen, welche ihren Jubiläumsfasttag schon gehalten haben, zu schweigen, wenn sie auch Eier- und Milchspeisen an demselben genossen haben; sollten sie von selbst Bedenken gegen dieses Fasten äußern, so sollen dieselben beruhiget werden mit dem, daß der heilige Vater im Wege der Gnade ihr Fasten für hinlänglich zur Gewinnung des Jubiläumsablasses erklärt habe.

Was aber diejenigen betrifft, die den Fasttag erst halten wollen, so ermächtige ich kraft obiger Vollmacht die Beichtväter, denjenigen Beichtkindern in der Jubiläumsbeicht den Genuß von Eier- und Milchspeisen am Jubiläumsfasttage zu erlauben, welche sich Fastenspeisen im strengen Sinne der S. Poenitentiaria nicht ohne Schwierigkeit verschaffen können. Mit Rücksicht auf das mir aufgelegte Sileat muß ich aber dieses Sileat auch dem Hochwürdigem Clerus auflegen, und hat derselbe daher nicht öffentlich über das Verboth der Milch- und Eierspeisen am Jubiläumsfasttage zu sprechen.¹⁾

¹⁾ Es mußte auffallen, daß die Quartalschrift zu der Frage über die „eihi esuriales“ bisher gar keine Stellung genommen hat; allein wir wußten bereits, daß mehrere österreichische Bischöfe an den hl. Stuhl sich gewendet haben, und wollten, um keine Unruhe zu erregen, den schließlichen Entscheidungen des hochw. österr. Episcopates nicht vorgreifen. Das war auch der Grund, warum wir einen vortrefflichen Artikel, der sich für die Enthaltung von Milch- und Eierspeisen beim Jubiläumsfasten mit aller Gründlichkeit aussprach, nicht in das Juli-Heft einrücken konnten. — Anmerkung der Redaction.

Bemessung des Gebührenäquivalentes.

Ein Aequivalent der Percentualgebühren ist bekanntlich für jede Besitzdauer von 10 Jahren zu entrichten. Wenn daher ein Stiftungscapital am 1. October 1876, um welche Zeit die Percentualgebühr (Vermögensübertragungs-Gebühr) gezahlt wurde zum Kirchenvermögen zugewachsen ist, so beginnt die Pflicht zur Zahlung eines Aequivalentes am 1. October 1886. Nach § 7 des Finanzministerial-Erlasses vom 26. Juli 1880 ist nun ein solches Vermögen innerhalb 8 Tagen nach dem Eintritt der Gebührenpflicht bei Vermeidung der Doppelgebühr einzubekennen. Da nun bei dem Kirchenvermögen fast alljährlich neue Stiftungskapitalien oder Legate zuwachsen, so wären in jedem Jahre, in